Astronomia

Computus

Computus novus et ecclesiasticus totius fere Astronomie fundamentum pulcherrime continens

Crac. Joan. Haller 1518.

Adesto met tercia sancta Anna·

Cõputus no
uus ⁊ ecclesiasticus to

cius fere
Astronomie
fundamentum
pulcherrimum conti
nẽs. Clerico nõ minus vtilis
quã necessarius. cũ figuris & additiõib⁹
nouiter apressis.

* * *
* *
*

1518

QUã pulchra & iocunda est noticia huius artis. & quãta diligentie cura olim fuerat studentibꝰ ac clericis de obseruatiõe. festoꝝ mobiliũ. Septuagesime videlicet & Quadragesime. Pasche Rogationũ. & ceteris haud nõ circuloꝝ & aliorum de quibus presens declarabit tractatulus. Nostris aũt tempestatibus quanq̃ complura litterarũ studia esse credunt, fabularũ attamẽ nõnulla speciẽ cõtrahũt. alia cõmentatiões vanas ita vt etiã illud fere omĩbus cõmune insit studentibꝰ. In ecclesiasticis vero computationibus nullus quippe aut ferme pauci docti inueniuntur. intantũ vt clericis aut ipsis studentibus de his aliquãdo ꝓpositis a villano omniũ litterarũ penitus ignaro questiõibus. & quidẽ harũ ignari existentes. alij mendatio ignauiã tegunt. alij cõfusi. alij rubore perfusi abscedũt. Vt ergo qs doctus in his euadat sequẽtia in vnũ iamiam facilius quo fieri potuit cõportata. quedã ex nouo reformata & calculata sunt. vt & modo quiuis infrascripta capitula inspiciens obseruationẽ festorũ mobiliũ. nõnulloꝝ quoq̃ astronomicaliũ pulcherrimoꝝ dictorũ facilẽ accipiet noticiã. At quisita vero responsionẽ artificialẽ. ymo & verã. Erit igitur primũ capitulũ de ciclo lunari siue aureo numero. ¶Secũdũ de ciclo inditiõis ¶Terciũ de ciclo solari. ¶Quartũ de littera dñicali. ¶Quĩtũ de interuallo, ¶Sextũ de cõcurrentibus. ¶Septimũ de festis mobilibus. ¶Octauũ de forma celi & ordine spherarũ. ¶Nonũ de quatuor elemẽtis. ¶Decimũ de situ & motu firmamẽti. atq̃ de equinoctijs & solsticijs. ¶Vndecimũ de aspectibꝰ planetarũ. ac eclipsibus solis & lune. ¶Duodecimũ de motu solis. ¶Tredecimũ de motu lune. ¶Quartũdecimũ de cõiũctiõe & oppositione solis & lune. ¶Quintũdecimũ de nominibus mensiũ. ¶Sextũdecimũ de calendis. nonis & ydibus. ¶Decimũseptimũ de inceptiõibns temporũ anni. ¶Vltimũ de ieiunis quatuor temporꝝ anni.

¶ Capitulũ primũ de aureo numero.

Mille quadringenos ab anno deme salutis
His vnũ cũ annis octuagintaque iunges
Numerũ aureũ residens ciclum edocet
Decẽ & nouẽ super hos cũ excreuerint anni,
Hos tociens abijce. reliquũ pro ciclo teneto.

¶Pro declaratione huius. subtrahe mille. quadringentos & octuagintaunũ annos ab anno tibi ꝓposito & quis numerus supfuerit aureum ostendit tibi numerũ. &c. Vel sic. Annos ptranseas dictos silentio & numerare incipias. 82. 83. in digito vsq̃ ad ꝓpositũ tibi annũ & qd vnitates ex tali numeratiõe ꝓuenerint aureũ numerũ siue ciclũ lunarẽ tibi demõstrabũt. Circa quod vnũ nota. cũ supra dictos annos vltra 19. alij excreuerit depone 19 quotiẽs poteris. & illud qd vltra residuũ fuerit aureũ tibi ciclũ indicabit. & ido deponũt. 19. q̃a ciclus lunaris vltra 19. annos se nõ extẽdit. Faciliori aũt mõ aureũ numerũ taliter inuenies. Adde annis christi vnũ agregatũq̃ totũ p decẽ nouem diuidas. & q̃quid restiterit p aureo numero teneas.

¶ Capitulũ scdꝫ de ciclo inditiõis.

¶Ciclum qui cupis scire inditiõis
Mille quadrin octuaginduos & deme annos
Residuus numerus ciclus erit inditionis
Cũ excesserint quind tollas reliquũ retinendo.

¶Declaratio. Subtrahe ab anno tibi ꝓposito mille quadringentos octuaginta duos. & numerus remanens tibi ciclum ostendet inditionis Vel aliomodo. hos annos obmitte. & incipe numerare. 83. 84. vsq̃ ad annũ tibi ꝓpositũ. & quod vnitates ad annũ ꝓpositũ numeraueris. tot sunt cicli inditiõis. & cũ talis numerus vltra quindecim vnitates excrescentiã petierit. quindecim etiã abice tociẽs quotiẽs poteris. residuũ erit ciclus inditionis. quia iste ciclus tot annis videlicet quindecim. vice altera renouatur ¶Facilius sic. Adde annis christi tria. & totũ agregatũ per quindecim diuidas. & quicquid restiterit p ciclo inditionis habeto.

¶ Capitulũ terciũ de ciclo solari.

Mille tollas: quadrin quinq̃ septuaginta
Quicquid supfuerit. solis ciclũ teneto.
Viginocto si numerãdo sic superabis
Tolle quater septẽ. tene & quot accidit vltra.

¶Declaratio. subtrahe ab anno tibi ꝓposito. 1475. annos & quod remanserint post subtractionem talẽ ẽ ciclus solaris. vel sic. nullam agas numeractionẽ cũ an

his prenotatis. sed simpliciter numera. 76. deinde. 77. ⁊c. vsq; ad ppositū annū ⁊ quot vnitates excreuerint ciclū solarē tibi indicabūt. ⁊ si ex tali subtractiōe vltra 28. supauerit has scʒ 28 vnitates quotiens poteris abijce. ⁊ reliquū p ciclo solari teneto. ¶ Vel aliter. Adde annis christi nouē. ⁊ pductum p 28 diuidito. ⁊ qcqd supfuerit ciclus solaris erit anni ppositi.

¶ Capitulū quartū de littera dn̄icali.

Vnū prebet g f. duo e. tria d. quatuor c.
Quinq; dat b a. sex g. septē f. octo aūt e.
Nouē dat d c. decē b. vnd. a. g. duodecim
Tredecim f. e. q̄tuordeci d. quind. c. sedeci b.
Septēdecē a g. oc decē f. nodecē e. d quoq; vigit
Vigitunū cb. vigitduo a. vigitria g. vigitiquat f.
Vigitquin e d. vigitsex c. vigiseptē b. vigiocto a

¶ Declaratio quācūq; sciuerʒ ciclū solarē de facili litterā dn̄icalē inuenies iuxta metra prescripta. qa q̄libet metrū circa eius initiū bisextilē annum notat Prima em̄ littera ad festū Mathie durat. altera totū annū reuoluit. Notat ergo clare in metris numerus q̄ littera sub eo ordinat. Nā g. f. sub vno. e sub duo. d sub tria. vt patet inspicientī. ¶ Itē textus p̄scriptus p sequentē scalā clare resoluitur. semp enī in ea litterā dn̄icalē sub numero ci cli solaris repies. At due littere sub vno numero repte. annū bisextilē notant. primaq; littera vim habebit vsq; ad festū Mathie. reliqua ad finē anni. Insup in tali anno bisextili littera f die Mathie apostoli duplicantur. festūq; ipm apostoli vel priori vel posteriori die celebrabitur put diocesis aliqua obseruare cōsueuit.

¶ Ciclus solaris.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Littera dominicalis.	g	c	d	c	b	g	f	e	d	b	a	g	f	d
Bisextilis.	f				a				c				e	

Ciclus solaris.	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
Littera dominicals.	c	b	a	f	e	d	c	a	g	f	c	c	b	a
Bisextilis.			g				b				d			

¶ Capitulū quintū de interuallo.

1 2 3 4 5
Elephas aterra festinat bubulus extra
6 7 8 9 10
Clericus facere decipitur gaudijs crebre
11 12 13 14 15
Articulū degener gaman excellit adulter.
16 17 18 19
Doceo barbatū egomet considero nullum

¶ Declaratio sicut aureus numerus extendit se ad decēnouē. ita ⁊ in his metris decēnouē notantur. dictiones. ⁊ vnaqueq; aureo numero accōmodatur. Prima vcʒ Elephas vnitati Scd̄a vcʒ aterra du

¶ Littere interuallū notant ebdomadarū
Si feria precesserit primā litterā verbi
Vna septimanis superadditur dictis
Cū postcedit littera sis cōtentus in illis
Aut ipsa cū fuerit numerū haud variabis

alitati. ⁊c. Prescito igitur aureo numero aspiciatur dictio sibi correspondēs. qa quot tales litteras habuerit tot septimanas figurat interualli. ⁊ hoc verū ē si prima lr̄a eiusdē dictiōis littera dn̄icalis fuerit. aut vna ex his litteris que eandē sequūt in ordine feriarū. si aūt vna ex pcedētibus fuerit tūc pdictis septimāis vna hebdomada cōnumeret. Exēpli gratia. si vnū fuerit aureus numerus Elephas sibi correspondet. ⁊ ipa dictio 7. in se lr̄as cōtinet. q̄ septē hebdomadas interualli manifestat. ⁊ hoc si e. q̄ est prima littera eiusdē dictōis. vel f g. que sunt sequentes. littera dn̄icalis fuerit. Si aūt a. b. c. vel d. que sunt precedētes eā. littera dn̄icalis fuerit. tūc dictis septimanis vnā coadiunges. ⁊ sic octo erūt septimane.

¶ Capitulū sextū de cōcurrentib᷒.

B vnū, c duas d, tres dat. concurrentes
E quatuor, f quinq;; g sex, a insup nihil
In bisextili concurrentes prima notantur
Secūda hebdomadas interualli figurat.

¶ Declaratio qa interuallū duorū annorū ps ē. sumens tn̄ nomen a posteriori quoniā a fine singula sunt denoīanda. ⁊c. Sunt etiā due eius ptes vcʒ ꝯcurrentes ⁊ septimane. Cōcurrentes quidē sunt dies supflui vltra septimanas. ⁊ sunt anni precedētis scʒ dies a natali saluatoris vsq; ad dn̄icā primā que sequit. ⁊ si a littera dn̄icalis fuerit cōcurrēs dies nullus celebrat sed integre septimane Si b. dies vnus. c. duo. Ebdomade aūt alia ps sunt scʒ pcedētis ⁊ sequētis anni. hoc ē a dn̄ica que sequit natiuitatē dn̄i vsq; ad dn̄icā. Esto mihi. In anno aūt bisextili duplex est modus querendi interuallū. p primā em̄ litterā dn̄icalē ꝯcurrentes. p scd̄ā vero septimane intelligantur.

¶ Subsequens tabella p interuallo cōmodissime adiuncta est.

Aureus nu.			1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	Hebdomade interualli
Littere do. A.			8	6	9	8	6	9	7	10	8	7	9	8	6	9	7	6	9	7	10	
Cōcurrētes	1	b	8	6	9	7	6	9	7	10	8	7	9	8	6	9	7	6	8	7	10	
	2	c	8	6	9	7	6	8	7	10	8	6	9	8	6	9	7	6	8	7	9	
	3	d	8	6	9	7	6	8	7	9	8	6	9	7	6	9	7	5	8	7	9	
	4	e	7	6	9	7	5	8	7	9	8	6	9	7	6	8	7	5	8	6	9	
	5	f	7	6	8	7	5	8	6	9	8	6	9	7	6	8	7	5	8	6	9	
	6	g	7	6	8	7	5	8	6	9	7	6	9	7	5	8	7	5	8	6	9	

Capitulū vij. de quinq; festis mobilib᷒.

En ex septimanis interualli deme duas
Sic dominica fiet septuagesima nota
Adiunges his vnã si quadragesimã optas
Sex quadragesime cũ pascha petit celebrari
Septimã, ex azimo quinta rogatio currit
His demũ binos adde spiritũ cole sanctũ

¶ Declaratio. cũ tu festa mobilia qnqꝫ s. septuagesimã. quadragesimã. paschã. rogatiões atqꝫ pentecosten inuenire cupis. psupposito numero prio septimanarũ interualli. ab his duas deme ebdomadas. ꝛ ipa dñica tibi lxxmã. monstrabit. Si aũt xlmã quesieris. septimanis interualli vnaꝫ adiũge. a qdragesima vsqꝫ ad sanctũ pascha ebdomade sex. a festo pascatis ad dominicã rogationum septimane quinqꝫ. A festo pascatis ad festuꝫ ascẽsionis domini dies. 40. vtroqꝫ festo incluso. ad penthecosten vero a festo pascatis dies. 50. vtroqꝫ pariter festo incluso, ꝛ id nomen ipm penthecoste testari videtur. Penthecostes em̃ grece quinquagesimus latine dr̃. preterea post festũ pentecostes, pria dñica festũ trinitatis. post qd etiã mox qnta feria festiuitatis corpis xpi celebrat̃. Aduentus dñi semp incipit dñica post festũ Lini iuxta metrũ illud. Aduentus dñi sequit̃ solennia Lini. Festũ autem Lini agit̃ xxvj. die Nouembris.

A festo stelle que sit noua luna require
Tercia lux domini post septuagesima fiet
Si cadit in lucẽ domini tunc sume sequentem.

¶ Vel lxxmã etiã his versibus facile quonis anno inuenies. qua inuẽta reliqua festa mobilia tandẽ p superiorem doctrinã facile inuenientur.

Capꝫ viij. de forma celi ꝛ ordine sperarꝫ


Rotunda nobilior ex mathematicis datur
Figura, huic similẽ assumpsit sibi mundus
Vt a quacũqꝫ parte fluxũ producat equalem
Duas precipue notas possidet regiones
Corruptibilẽ em̃ distinguit ab eterna
Ecceqꝫ pulchre incorruptibilẽ speris ornat
Empirreum summã fixe tenet dei sedem
Nonũ simplici cursu colligit alios ei
Sidus circuit in trigintsex milleqꝫ girũ
Saturnus sperã annos p trigita reuoluit
Iuppiter duodecim, Mars complet binos annos
Sol princeps inter alios cursum anni docet
Venus ac Mercurius tot complent quasi dies
Infimam Luna tenens mensem sibi assumit.

¶ Pro declaratiõe. Mũd' habet figurã dispositã ad modũ nobilioris figure que rotundã formã cõtinet vt pbãt oẽs mathematici. ex eo aũt nobilis est, quia oim figurarũ isoperimetrarũ est capacissima. ꝛ qa mũdus multa cõtinet. ideo talis figura cõmoda fuit. Nũc aũt diuiditur mũds principali diuisiõe i duas partes siue regiões scꝫ. in ethereã ꝛ elementalem. Etherea aque ꝛ celestis est. ꝛ a phis qnta nuncupat̃ essentia habet prio supremũ celũ vcꝫ empirreũ. ꝛ illud imobile ẽ in quo electi cũ deo existũt. Deinde primũ mobile. qd vt textui satis fiat. nona spera appellari potest. quãqꝫ neoterici astronomie obseruatores id scꝫ pmũ mobilẽ decimã velit esse sperã. ꝛ in spacio dieĳ naturalis motũ suũ circa terrã cõplet ab oriente in occidentẽ rapiens secũ oẽs inferiores speras celestes. Octaua succedit spera que celũ stellatũ siue firmamentũ recte dr̃. habet em̃ oẽs in se stellas preter qnqꝫ planetas ꝛ duo luminaria. ꝛ motus eius pprius vt Ptholo. refert est ab occidẽte in orientẽ centũ fere annis gradu vno totũqꝫ firmamentũ motu iã dicto in 36000. annoꝝ reuoluit̃. Subsequitur saturnus cursuꝫ suũ cõplẽs annis triginta. Jouis dehinc reuolutio fit annis duodecim. Martis annis duobus. Solis anno vno ꝛ sic ferme Veneris Mercuriiqꝫ circuitus cõplentur. Lune postremo cursus mense vno fine diebus vigintiseptẽ. horis octo determinat̃. Planetarũ etiã ordo hoc breui versiculo facile memorat̃. Post sim sum sequit̃ vltima luna subest. clarius patent oĩa in figura sequenti.

¶ Capꝫ nonũ de quatuor elementis.

Terra petens medium inter elementaqꝫ centrum
Ad figuram celi speram ornauitqꝫ suam
Non quadratam sed rotundam continet formam
Stelle i occasum probant tendentes ab ortu
Proxima res maior ea que longe videtur
Non in stellis apparet vapor nisi resistatur
Conuexum spere circumscribit concauum aque
Aquam aer, & ipsum ignis. hec elementa
Que quatuor essentie seu mortalium spere
A philosophis edoctis probate ac vere.

¶ Pro declaratiõe. Terra est i medio firmamẽti tanqꝫ centruꝫ in circulo equaliter distãs ex oĩbus ptibus celi in figura rotunda sicut celum. ꝛ hoc pbat̃ p stellas. qa ex oĩbus ptibus a nobis i vna ꝛ eadẽ quãtitate videntur. qd nõ esset si terra ex vno loco magis ad celum appropinquaret qꝫ ex alio: ꝫ q stelle maioris quãtitatis nobis apparẽt existẽtes in oriente vel occidente: hoc puenit pter mediũ nõ depuratum: sed per vapores eleuatos inspissatũ: sicut denarius piectus in aquam q maior in ea qꝫ extra ipam apparet. sic ergo clare apparet terrã esse rotundaꝫ ꝛ in medio firmamẽti locatã, nõ quadratã nec planã existentẽ qa sic nõ equaliter ex oĩ-



bus ptibus influxũ recipet. qa angulus q magis accederet ad firmamentũ influxui magis subesset: sed quod nobis plana videtur est minia magnitudo eius: quo ad aspectũ nostrũ: que tñ magnitudo ad firmamentũ siue ad celũ nulla est vel quasi minimi pũcti ad matiz circulũ: qa minima stella i celo multo maior est q̃z tota terra: exceptis Luna Venere ⁊ Mercurio qui minores sunt in quãtitate q̃z ipa terra. Sol eñ cẽties sexagesies sexies. auctore Alfragano dñtia xx. maior est tota terra, ⁊ ipa terra est frigida ⁊ sicca quã spera aque circũdat. certa ⁊ in determinata pte excepta ꝓpter conseruationẽ vite aĩaliũ terrestriũ. que in aquis viuere nequeũt. ⁊ aqua est frigida ⁊ humida ⁊ subtilius elementũ quã terra: Aer insup circũdat aquã qui est calidus ⁊ humidus ⁊ subtilior quã aqua. Ignis vltimo sperã aeris circuit. calidus ⁊ siccus est inter oĩa elementa subtilius ⁊ nobilius. quã sperã lune circũscribit vt prius dictũ est. Et dicũt quatuor essentie seu mortaliũ spere qa oĩe compositũ ex his vitã acquirens per corruptionẽ mortalem ipam amittit. ergo ⁊ iste spere dicũt gñabiliũ ⁊ corruptibiliũ. Planetarũ vero ⁊ stellarũ in gñabiliũ ⁊ corruptibiliũ spere ꝓbantur.

Capitulũ decimũ de situ ⁊ motu firmamẽti. atq̃z de equinoctijs ⁊ solsticijs.

Mobile cõtinue per binos gardines volat
Supremus ad austrum nobis eterne occultus
Alter vrsam custodit arcticus nuncupatus
Cingitur celum chorusčationisq; Zona
Que equat diem ac noctem in horis
Quam girus animalium per medium secat
Principium arietis ac libre testificantur
Recedit ab equinoctio ad noctem caput cancri
Ad meridiem caper his solsticia dantur
Hec quatnor prescripta cardinalia signa
Ordo signoꝝ talis in celis notatus
Est aries. taurus. gemini. cancer. leo. virgo
Libraq;. scorpius. arcitenens. caper. anphora. pisces
Sub quibus erratice necnon fixe notantur
Indies dantes obuiam inuicem aspicientes

¶ Pro declaratiõe pmũ mobile siue celum nonũ continue regulariter ab oriente in occidẽtẽ mouet sup duos polos mũdi scz arcticũ et antarcticũ i 24 horis semel reuolutionẽ faciens. Arcticus q dẽ polus est pe extremã stellã in caudaz vrse minoris. ⁊ ille nobis sp apparet ⁊ stelle similiter in ꝓpinquo secũ existẽtes. sed antarticus quasi oppositus arctico est ꝑpetuo nobis occult⁹. sursum

Ex quoꝝ cōtinue aura periclitatur.

Nunc tendit ad pluuiam, ventū, aut claritatem

tñ ea ps celi dr qua polus ille ātarticus splendescit deorsum vero celi vbi noster est polus arcticus. dr inde auctoritate phi ij. celi. Oriens dextrū. occidēs vero sinistrū: nō q̄dē sine rōne dici merent̄ sicq; meridies ante septētrio retro vocabit̄: ab eisdē polis dictis distat quidā circulus ex oībus ptibus equaliter p nonaginta gradus: q cingulus pmi mobilis vel equinoctialis dr: quē circulū orbis signoꝝ siue zodiacus ī duobus locis secat: scʒ apd pncipiū arietis ꝛ principiū libre. ꝛ vna medietas zodiaci tendit versus septemtrionē in qua hec signa existūt. Aries. taurus. gemini. cancer. leo. virgo. que signa septētrionalia dicūt̄. ꝛ principiū cancri maxime vcʒ p xxiiij. fere gradus ab equinoctiali remouet̄. Alia vero signa ſm minorē distantiā. Alia aūt medietas zodiaci versus meridiē tendit: ī qua sunt hec signa. Libra. scorpio. sagittarius. capricornus. aquarius. pisces. que meridionalia dicūt̄. ꝛ tm̄ pncipiū capcorni distat versus meridiē quantū principiū cācri: q̄a simul opponūt̄. Dicunt̄ aūt hec quatuor signa cardinalia sicut aries: cancer. libra. capricornus. quasi principalia. q̄a sol p ingressum ad ea quatuor anni tp̄a inchoat. Alia vero ex his signis minus principalia dicūt̄. ꝛ sub his xij. signis planete ꝛ stelle fixe ab occidente in orientē mouent̄. ꝛ indies inter se vario errantiū accessu impulsu aut radioꝝ cōiectu extimulant̄: aurāq; ſm radioꝝ naturā immutant ꝛ alterant qualiter sentimus in succulis ꝛ pleiadibus. ꝛc. dū luna alius vel planeta accesserit.

Capitulū xj. de aspectibus planetaꝝ ꝛ de eclipsibus solis ꝛ lune.

Applicationes quinq; sunt erraticarum
Prima cōiunctio in signo vno & gradu datur
Sextili per duo signa, quarto per tria distant
Terno per quatuor oppositi septimū notant
Linea sub ecliptica solis rota causatur
Quam ecentricus lune partes ad duas scindit
Intersectio caput altera cauda vocatur
Ad quas sectiones dum luna ingreditur soli
Obfuscat radios solis conspectui nostro
Ex hinc eclipsim patitur sol. nō luce carens
Totus si niger nō dicetur vniuersalis
Causat corpus maius terra, luneq; minus
In his cū luna plenā dat nigredinem ex se
Vmbra em̄ terre radios impedit solares.
Vt nō illuminent si fuerit luna totalis
Nam caret lumine est ergo mundo vniuersalis

¶ Pro declaratiōe. Quinq; sūt aspectus planetarū. Primus est cōiunctio. qñ duo planete simul in vno signo ꝛ vno gradu ꝯiungunt̄. Secūdus est aspectus sextilis qñ distāt a se inuicē p lx. gradus. siue p duo signa. Tercius est aspectus quartus qñ a seinuicē distāt p lxxx gradus vel per tria signa. quartus aspectus ē trinus: qñ a se inuicē distant p centū ꝛ viginti gradus vel p quatuor signa. Quintus aūt aspectus siue applicatio est oppositio: fit aūt qñ a seinuicē distant p 180 gradus siue p sex signa. Est aūt sciendū vlterius ꝙ zodiacus ſm latitudinē diuidit̄ p mediū: que diuidens linea ecliptica appellat̄: ꝛ semp sub ea sol mouetur. Luna aūt semp est extra eandē lineā: nisi cū fuerit cū capite draconis aut cauda que duo loca sunt intersectiōes duoꝝ dictoꝝ circuloꝝ: scʒ deferentis lune ꝛ ecliptice. Cuʒ ergo fuerit cōiūctio solis ꝛ lune circa caput aut caudā dracōis: tūc cōit̄ gn̄at̄ eclips̄ solis: ꝛ hoc taliter: q̄a tūc luna īterponitur que est ppinquior terre q̄ʒ sol. inter aspectū nostrū ꝛ radios solares: ꝛ talis eclipsis ſi fuerit totalis nō est totalis vel vniuersalis in toto orbe. Et rō est. q̄a sol ex tali eclipsatiōe nō pdit lumen: ergo ad puīncias extremales versus meridiē vel septemtrionē radios suos pyicit. Sed cū fuerit eoꝝ oppositio in his locis: tūc vt plurimū luna eclipsat̄: ꝛ hoc ppter positionē terre inter lunā ꝛ radios solares: qm̄ luna caret lumine pprio: sed id qd habet lumē ex sole recipit: ergo cū aliqd venerit obstaculū sicut vmbra terre tūc necessariū est ipsam eclipsari: vel totū vel aliquā eius ptem ꝛ hinc est ꝙ sub ea quantitate qua nobis luna apparet eclipsata sub eadē oībus alijs regiōibus eodēq; tp̄e apparet qd in sole. vt supra dictū est minime fieri aduertimus.

Capitulū xij. de motu solis.

Tur. gre. arietem. stis. o. taurū. pin. ne. geminosq;.
Bar. ce. cancrū. mar, gar. leone. hyp. eu. virginitate
Cin. crux. librā. col. cal. scorpionē. sagittari⁹. tin; bric
Al. ma. caprum. ven, di. aquariū, ap. sco. la. pisces.
Sillabe hee introitum in signa solis dicunt
Motum solis alicuius dieij si scire cupis
Numerus a prescripta sillaba gradum monstrat

¶ Pro declaratione nota: motus solis taliter pcedit ꝙ omī die graduʒ fere vnū ptransit: ꝛ in diebus pscriptarū sillabarū introitus ī signa zodiaci ipsius existit ita ꝙ in illa sillaba. Tur ingredit̄ sol arietē: ꝛ in illa sillaba est in primo gradu arietis. gre. ī scdo gradu arietis. ri ī tercio. ꝛc. Et ergo quotiēs scire motū solis desideras: cōsidera sillabā precedentē primā in his metris in distantia numerali ad sillabā tui diei ppositi: ꝛ quot intermedie sillabe cū dictis fuerint tot gradus signi illius erūt in quo solē queris. Verbigratia: in illa sillaba. Nat goꝛ. ꝛc. si motū scire cupio. prima sillaba immediate in metris procedens est eu. circa quā est virgo. ꝛ nat: est xxv. ab ea. ergo ipo die sol est in xxv. gradu virginis.

¶ Capitulū tredecimū de motu lune.

Ci.bi.mat.cta.san.ius.ni.ben.aff.um.re.si.Kat.mas
In prescriptis sillabis radix iniciatur
Signi lune facies initium capit anni
Numera ad propositam sillabam tue diei
Signa ordinatim a radice iniciando
Aquea tripla,cetera in numerando dupla
Circulū iterum cum exibant renumerentur
A christo millesimo quingen natiuitate
Atqȝ duodecimo.facies prima cancri nota
Radicem ex his declarent ānni futuri.

¶ Pro declaratioe sciendum. Quod in primo metro ponunt̄ sillabe dierū super quibus radix signi lune scho at: ⁊ ab eadem radice inchoādo primo numerent̄ sillabe ad aliquē ꝓpositū tibi diē ⁊ hoc a ꝓpria sillaba q̄ in metro eādē ꝑcedit: habito numero sillabaruȝ in digitis numerent̄ etiā ⁊ signa in iuncturis digitoꝝ a radice inchoando ſm ordinē eoꝝ:ita tū ꝙ signa aquea triplent̄ sicut cancer.scorpio.⁊ pisces.⁊ alia duplent̄:⁊ sic numerando in iunctura tui digiti ꝓpositi inuenies signuȝ lune ⁊ vtrū sit prima eius facies scḋa aut tercia.Gratia exempli Anno 1512. in illa sillaba crux cū voluero scire motū lune aspicio ad metrūvcȝ ad sillabā que precedit iā dictā.⁊ ipa est vm.nūc numerabo ab illa sillaba vsqȝ ad sillabā crux vt sic um sep ha.⁊c.⁊ sunt xj.sillabe. ergo iā in istis iuncturis numerabo facies signoꝝ:⁊ hoc iniciū a radice accipiendo:⁊ qa anno predicto prima facies Cancri est radix.Nūc ab ea iniciando sic Cancer.can.can.Leo.le Uirgo vir.Libra li.Scorpio scor.ergo in die crucis luna erit in scḋa facie scorpiōis.⁊ radices signoꝝ lune ꝑ alijs annis taliter manifestabūt tibi.Numera sillabas posterioris Decembris incipiēdo scȝ mas.vt sic mas.mo.do. nat.stef..io.pu.tho.me.sil.Ci.ipaȝ sillabā Ci primā noui anni includendo:⁊ sunt vndecim.numerabo ergo a radice anni alicuius ꝓpositi.Sit exēpli gratia.1512.vsqȝ ad sillabā primā anni scȝ Ci ⁊ venit scḋa facies scorpionis que est radix anni.1513.⁊ hoc modo radix anni.1514.erit tercia facies piscium. ⁊ anni.1515.prima facies leonis.

¶ Motus lune his duobus versibus pēsiculatiuus inueniri poterit.

☞ Etatem lune dupla post additio quinqȝ
Quinqȝ dabis signo quo lune cepit origo.

¶ Declaratio.In quo signo graduqȝ luna noua fiat.ex loco solis die nouiluni ꝑ xij ⁊ xiiij.capitula diligēter querito.de hinc etatē lune.i.quot dies sint a nouilunio vsqȝ ad diē tuū ꝓpositū numerato:⁊ hunc dierū numerū duplato post duplationē quinqȝ addito,Considera postremo quotiēs quinqȝ in prefato numero habere possis: tot eñ signa luna ipsa a nouilunij signo ꝑambulauit ⁊ si q̄ vnitates infra scȝ quinariū nūeꝝ remāserint:loco cuiusqȝ vnitatis sex in gradibꝰ addere poteris ⁊ satis cōmode habebis locuȝ lune in zodiaco. Exempli gratia volo scire locū lune ad sextā diē Februarij.Anno 1512.inueni cōiunctionē prime preteritā.18.Januarij sole octauū fere gradū aquarij possidente.Etas lune 1.a nouilunio vsqȝ ad diē ꝓpositū scȝ sextā Februarij est.xix.dierū.duplo.⁊ erūt.38.dies qbus addo qnqȝ ⁊ erūt 43.Jn his habeo octies qnqȝ ergo luna ꝑagrauit 8 signa scȝ Aquariū:piscē:arietē:tauꝝ:geminos:cancrū:leonē.virginē.⁊ qa remāserūt adhuc tria.addo ter sex in gradibus ⁊ erūt.18.gradus.Jnuenio igit̄ lunā 6.die Februarij circa.18.graduȝ libre.Ad hec quid cōmode negotiari liceat:dum luna sub illo vel altero signo repta fuerit:hec subscripta tabella breuissime apperit:littera quidē b.in ea bonū opus.o malum.m.mediocre significat.

Signa celestia.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
Ad domos alienas se cōferre.	o	b	o	o	b	m	o	b	m	o	b	m
Iter facere.	b	m	o	b	o	m	b	o	m	b	m	m
Emere vel vendere.	m	b	o	o	b	m	b	o	b	o	m	b
Medicinas laxatiuas sumere.	o	o	o	b	o	o	b	b	o	o	b	b
Domos edificare.	o	b	o	o	b	m	o	o	m	b	b	m
Balneare.	b	m	o	b	b	o	b	m	b	o	m	b
Sanguinē minuere.	b	o	o	b	b	o	b	m	b	o	m	b
Crines abscindere	o	o	o	b	o	o	b	o	b	o	m	b
Uestes induere.	b	o	o	b	o	m	b	o	b	o	o	b
Seminare ⁊ plantare.	o	b	o	b	o	b	b	o	o	b	b	m
Laborare ꝑ ignem.	b	o	m	o	b	o	m	m	b	m	o	o

Quot horis luna quauis nocte supra nostrum hemisperiū luceat:hec tabella etate lune ꝑcognita facile cōmonstrat.

Per dies.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	Sero.
Etas lune.	30	29	28	27	26	25	24	23	22	21	20	19	18	17	16	Mane
Hore:	0	1	2	3	4	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	
Minute	48	36	24	12	0	48	36	24	12	0	48	36	24	12	0	

De signis valentibus pro minutione.

¶ Ar,li,de vena bene fundunt vrna sagitta
Can,scor,pis,media,cetera dic fore mala.
¶ In luna plena nō tangatur tua vena
¶ Luna vetus veteres,noua iuuenes requirit
¶ Fortes plus minuant,imbecilles q̄qȝ minus.
¶ Qui non consueuit consulo ne minuat.

De introitu balnei.

¶Terrea balnea nolunt. ignea limphea volunt.
Est aeris mediocre valet vbiqꝫ tibi.

De seminatiõe.

¶Virgo, caper, cancer, pisces plante seminabũt
Mensibus in quinqꝫ cetera dico mala.

De plantatiõe.

¶Thaurus & vrna, leo, virgo, pis. hec bene plantant
Postrema quadra sintqꝫ planete boni.

De diebus canicularibus.

¶Mar dat caniculas, sumptio terminat illas.
In cane non minuas nam prohibent medici.

De cognitiõe serenitatis.

¶Apparente noua luna dinoscitur aura
Pallida luna pluit, rubea flat, alba serenat.
Nocte rubens cœlum cras inducit esse serenum.
Quando rubet mane designat tempus pluuiale.
Aut signat ventum quando mane rubet.

De solsticijs ꝛ equinoctijs.

¶Hæc duo solsticia faciunt cancer & capricornus.
Vitus & Lucia dat duo solsticia.
¶Hæc equata duo faciunt aries qꝫ libra
Lampert Gregori nox est adequata dierij.
¶Solsticiũ tribuit nobis bis quisqꝫ Ioannes.
Premissis moneo sic docet illa dies.

Capitulũ. xiiij. de cõiunctiõe ꝛ oppositio (ne Solis & Lune

1 2 3 4 5 6
¶Nod, octo, vigintsep, sed, quinqꝫ vigintitria.
7 8 9 10 11 12 13
Tred. duo, vigintvnũ. decẽ, vigintduo, oct de, septẽ.
14 15 16 17 18 19
Vigintsex, qnd, quatuor, vigintduo, vnd triginta.
Decẽnouẽ numerꝫ cõplet aureũ tot & hec dictiões

¶Pro declaratioe nota: qꝫ in pmis trib⁹ versib⁹ sunt xix. dictiões: vbi vnaquis numerꝫ alicui⁹ mensis dici ianuarij notat, vt nod ſcat xix. dié Januarij ꝛc. Extẽdit aũt aureus nũerus ad xix. annos. ꝛ sic vnaquis dictio seruit p aureo nũero: vt Nod deseruit qñ vnũ habemus p aureo numero. octo quãdo duo: vigintsep. qñ tria. ꝛc.

Et harum numerus aureũ ciclum manifestat
Et de se diei numerũ in quo luna nouatur
Primo: quę & radix anni totius assurgit
Vigintnouem tribuas & radici lunaris
Cũ horis duode, lunam sequentẽ habebis.
Dies qndecim adde lunam accipe plenam.

Ostendũt ergo primã ꝯiunctionẽ que est in Januario: que est radix ad oẽs alias ꝯiũctiones eiusdẽ anni. Exempli gratia. Anno. 1512. volo scire ꝯiunctionẽ: aspicio aureũ numerũ: ꝛ inuenio xij. p aureo nũero ergo duodecima dictio in ordine metri ostendit mihi diem ꝯiunctiõis ꝛ est octde. id est decẽ ꝛ octo. Item anno saluatoris nostri 1513. aureus numerus est 13. ergo tredecima dictio ostendet mihi diẽ pme ꝯiunctionis: ꝛ est septẽ: hoc est septima die Januarij est pma cõiunctio illius scꝫ anni tredecimi supra sesquimillesimũ. Si aũt sequẽtes coniunctiones habere voluero: addo sp ad vnãqnã ꝯ 19. dies ꝛ 12. horas. Si vo oppositionẽ: tũc ad quãlibet ꝯiunctionẽ addo 15. dies. Numerꝫ aũt dierꝫ ſm Ci si o ianus. accipito. ¶Hoc qd hic interpositũ est Ca. de Interuallo subiacet.

Alter modus p intuallo talis inueniẽdo.

¶Aut hoc si nimium est quadratos accipe talos
Ludito, tunc dicent tempora certa canes.
Impar si sursum, si par numerato deorsum
Dextrorsum quoqꝫ te tot numerare decet.

¶Declaratio. Si p hãc tabulam interuallũ scire volue(r)is inuẽcto aureo nũero pice cũ duobus taxillis: ex

Tabula de interuallo p tales.

Aureus nu:	6	10	19	16	15	13	12	14	17	18	1	11	2	3	7	9	8	5	4
	7	8	6	9	6	7	6	8	9	8	6	8	9	6	8	7	7	10	5
	9	7	7	6	8	9	8	6	8	9	6	8	7	7	10	5	7	8	6
	10	5	7	8	6	9	6	7	6	8	9	8	6	8	5	6	8	7	7
	7	6	8	9	8	6	8	9	6	8	7	7	10	5	7	8	6	9	6
	7	7	10	5	7	8	6	9	6	7	6	8	7	8	6	8	9	6	8
	8	9	8	6	8	9	6	8	7	7	10	5	7	8	6	9	6	7	6
	6	8	7	7	10	5	7	8	6	9	6	7	6	8	9	8	6	8	9
	8	6	8	9	6	8	7	7	10	5	7	8	6	9	6	7	6	8	9
	8	9	6	8	7	7	10	5	7	8	6	9	6	7	6	8	9	8	6
	8	9	6	8	7	7	10	5	7	8	6	9	6	7	6	8	9	8	6
	8	6	8	9	6	8	7	7	10	5	7	8	6	9	6	7	6	8	9

tali ꝓiectiõe aut ꝓueniet numerus par aut impar. Si par numera ab aureo numero inclusiue deorsum in linea cicli lunaris tot spacia nũeroꝝ: quot vnitates ꝓuenerunt in talis ꝓiectis: ⁊ vbi numerus ꝓiectiõis terminatᷣ ab eodẽ loco inclusiue: numera eundo versus dextram manũ ꝑ tot nũeros. quot vnitates apparuerint in talis: ⁊ quẽ numerũ vltimo tetigerit ille indicabit septimanas internalli. Non aliter de nũero impari te expedies: si numeꝝ in talis apparentẽ sursum ab aureo numero inclusiue nũerabis: ⁊ tandẽ versus dextram partem opando vt supra in figura.

Capitulũ quindecimũ de initijs mensiũ

a d d g b e g c f a d f

¶ Ia, fe, mar, ap, ma, iun; iul, aug, sep, oc, no, de.

A, dam, de, ge, bat, er, ga, ci, fos, a, dri, fex,

Aprilis, iunius, september atqꝫ nouember.

Hij triginta habent. vnũ reliqui superaddunt.

Februus vigint insuper octoqꝫ dies.

Alij numerant dies quot vnusqsqꝫ mensis habet vsualis.

¶ Pro declaratiõe. sillabe in pͥmo versu initia noim xij mensiũ notãt: vt Ja ianuariũ. fe februariũ ⁊c. Secundus versus seruit ad pͥmũ dieꝫ cuiusuis mẽsis.

Capitulũ xvj de Kalẽdis nonis ⁊ idibus

¶ Tradens, quãdo, reficis, sedule, refugiũ. scandis.

Ruffus, tandem, scandere, refutans, sodalẽ, tõdere.

Octo tenet Idus mensis generaliter omnis.

¶ Ad inueniendum Kalendas Nonas ⁊ Jdus cuiuslibꝫ mẽsis. scire debes ꝙ in metris prescriptis duodecim sunt dictiões xij. mensibꝰ anni deseruiẽtes: ita ꝙ tradens ianuario. quando februario: ⁊ sic de alijs: in qbus dictiõibus debent solũ ꝯsiderari pͥme due littere primarũ duaꝝ sillabaꝝ: ita ꝙ prima littera deseruiat Kalẽdis: scḋa nonis. ita scꝫ ꝙ quot a prima littera in ordine alphabeti fuerit tot talis mensis kalendas habet. sic ⁊ nonas littera scḋe sillabe notat. Sed ꝓ Jdibus est vnus modus: qa in oĩbus mẽsibus octo. ⁊ ad inueniendũ predicta scias: ꝙ semꝑ prima dies cuiuslibet mensis dr̄ kalende ꝑ se. Post hoc sequuntᷣ none: vt si mensis aliquis habet quatuor nonas: dicas quarto nonas. deinde tercio nonas: deinde pridie nonas. ⁊ postmoduꝫ dicas none ꝑ se. Deinde post nonas in oĩbus mensibus sequuntᷣ idus: ⁊ dicas octauo idus. septimo idus: sexto idus ⁊c. ⁊ vltimo idus ꝑ se. Post idus sequuntᷣ kalende ⁊ dicas: si mensis aliquis habet xix. kalẽdas. decimonono kalendas: decimooctauo kalendas; decimoseptimo kalendas. ⁊c.

¶ Nota ad inueniendũ aliquã diem an sit kalende an none vel idus numera pͥmo Cisioianũ vsqꝫ ad illum dieꝫ: postea opare vt supra dictũ est: item None ⁊ idus sunt illius mensis in quo stant: sed kalẽde sunt semꝑ sequẽtis mensis: ⁊ ab ipso denoiantᷣ: nisi kalende ꝑ se sunt illius mensis in quo ponuntᷣ.

¶ Capitulũ xvij. de inicijs iiij. tꝑm anni

Annũ discerne per partes suntqꝫ quaterne

Ver petro detur. estas exinde sequetur

Hanc dabit vrbanus. autumnũ simphorianus

Festum clementis hiemis caput est orientis

¶ Nota in his versibus ẜm regulã vulgariuꝫ habentᷣ initia q̃tuor tꝑm anni: ad astrologoꝝ aũt dicta tunc ver iniciatur cũ sol arietẽ: estas cancrũ: autumnus librã: ⁊ hyems capricornũ intrat. ¶ Nota xij. signa ⁊ illoꝝ tria semꝑ vnã quartã anni ꝯstituũt: nam aries: taurus: gemini ver ꝯstituũt cancer virgo leo estatẽ. Libra scorpio sagitarius autumnũ. Capricornus: aquarius. pisces hyems: ⁊ he de quatuor anni ꝑtes quatuor retinẽt angarias. i. q̃tuor ieiunia anni. vt i sequẽti patet.

¶ Capitulũ xviij. de angarijs iiij. tꝑm.

Feriam temporꝝ affectant ieiunia quartam

Cinerem. & que luciam. spiritum sequitur crucem.

¶ Pro declaratiõe est sciendũ ꝙ in quartis ferijs ꝑxis post festa ꝑscripta: scꝫ post diẽ exaltatiõis sctẽ crucis: lucie: cinerũ: ⁊ pentecostes: ieiunia quatuor tꝑm ieiunantᷣ: ⁊ si aliqḋ p̃dictoꝝ festoꝝ ceciderit in quartaꝫ feriã: quartã postpone. ⁊ ieiunio sequentẽ: ⁊ ecclesia instituit ieiunia quatuor tꝑm. Primũ in vere ideo qa sicut tũc oĩa virẽt ⁊ florent: ita etiã i nobis virere debent opa virtutũ: ⁊ supplantari motus carnales: q tũc magis fortes sunt in hoie. Scḋꝫ in estate: vt simus vere feruẽtes in charitate dei. Tercium in autumno: vt in nobis fructus bonoꝝ opm fructificent. Quartũ in hyeme ideo qa sicut tũc folia de arboribus ⁊ herbe moriuntᷣ: ita ⁊ in nobis moriantur vicia ⁊ sup̃fluitates nobis coadiuuãte cui soli pctã dimittere datũ ẽ

¶ De angarijs etiã illi duo rithmi memorie cõmendari solent.

☞ Vult crux lucia cinerũ charismata sancta

Vt sit in angaria quarta sequens feria.

¶ De historijs imponendis.

J In pͥcipio.	Dñica.	Post pantaleonis.	S Salomonis.
S Si bona suscepi.		Post augustini	J Job.
P Peto domine.		Post proth.	T Thobie.
A Adonaij		Post sillabã qꝫ	J Judith.
A Adaperiat		Post daminiani	M Machabeoruꝫ
U Uidi dominũ.		Post simonis	E Ezechielis
A Aspiciens.		Post sillabam thi.	A Aduentus dñi.

Tabula ad sciēdū ortū solis quolibet die scdʒ integrū horalogiū ꝑ latitudine quīqua gita graduū


Januarius. Dies.	H.	m̄.	Februarius. Di.	H.	m̄.	Martius. Di.	H.	m̄.	Aprilis. Di.	H.	m̄.	Maius. Di.	H.	m̄.	Junius. Dies.	H.	m̄.
Ci	15	51	Bri	14	24	mar	12	42	A	10	44	phil	9	1	Nic	7	56
fi		48	pur		20	ci		3	pil		41	ng	8	50	mar		55
o		45	bla		17	us		31	in		37	crux		56	cel		54
ia		44	sus		14	a		32	am		33	nor		53	le		54
nus		41	ag		11	dri		27	bro		39	gor		58	bo		54
E		39	dor		7	a		24	si		26	io		47	vin		53
p		37	fe		4	ver		20	i		22	ban		44	dat		52
fi		35	brn		1	ae		16	re		18	ita		42	iun		52
bi		32	ap	13	57	co		12	itis		11	nis		40	pri		51
ven		29	sco		51	ra		8	o		7	e		38	mi		51
di		26	la		50	ur		4	vat		4	pi		36	ba		50
çat		24	sti		47	gre		0	at		59	ne		34	cer		50
oc		21	ca		42	go	11	56	gz		0	ser		31	an		50
se		19	va		38	ri		53	zv	9	57	z		28	thon		50
li		16	lent		35	o		50	bur		53	soph		26	vi		51
mar		12	in		3	cir		45	ci		50	ma		24	te		51
an		10	li		27	ger		41	z		47	ius		22	gz		51
pri		8	con		24	drud		37	va		43	in		20	mar		52
sca.		4	iun		20	al		30	ler		40	bac		18	pro		52
fab		2	ge		16	ba		20	ian		36	le		16	thos		53
ang	15	0	tunc		19	de		26	cti		33	ri		14	al		53
vin	14	56	pe		9	ne		22	gz		30	e		12	san		54
cen		53	trum		5	iunc		18	ge		27	te		10	cti		54
ti		50	ma		1	cta		14	or		24	net		9	io		55
pau		47	thi		57	ma		11	mar		24	vr		5	ban		56
po		43	am	12	53	ri		7	ci		17	ba		3	io		57
no		40	in		50	a		3	gz		14	ni	8	1	oo		58
bi		37	pe		46	ge	10	59	vi		11	pe	7	0	le	7	59
le		34				mi		55	a		8	de		59	pe	8	0
lu		33				tri		52	ius		5	cru		58	pau		1
men	14	21				ce	10	58				pan	7	57			

Tabula ad sciēdū ortū solis quolibet die scdʒ integrū horalogiū ꝑ latitudine quīqua gita graduū

Julius. Dies.	H.	m̄.	Augustus. Di.	H.	m̄.	September. Di.	H.	m̄.	October. Di.	H.	m̄.	November. Dies.	H.	m̄.	December. Dies.	H.	m̄
Jul	8	3	Pe	9	20	L	11	7	Re	13	1	Om	15	50	De	16	8
pro		5	steph		22	gi		17	mi		5	ne		53	cem		5
cef		8	steph		24	di		14	gz		9	no		56	ver		6
pro		10	pro		27	un		18	fran		13	uem		0	bar		6
co		12	do		30	sep		23	cis		16	bre		1	ba		7
pi		14	ne		33	pa		26	cus		20	le		4	ni		7
vil		17	do		36	bet		30	mar		24	o		7	co		8
Ki		19	ci		40	nat		33	cus		27	qua		10	con		8
li		22	ro		43	gor		37	di		31	te		13	cep		9
fra	8	24	lau	9	47	gon	11	43	aer	13	35	o	15	16	z	16	9
be		26	ci		50	pro		45	ar		38	mar		19	al		10
ne		28	bur		53	la		50	te		42	in		21	ma		
mar		31	ip		57	ci		53	gz		47	dric		24	lu		
gar		35	ens		0	crux		56	calx		50	ci		26	ci		
a		38	sump		4	nic	12	0	hed		53	l		29	a		10
post		39	ci		6	en		4	gal		57	gz		32	san		9
alx		40	o		11	lam		8	le		1	post		35	ctus		9
er		42	a		14	per		12	lu		4	hec		37	ab		8
nol		45	ga	10	19	thi		16	cas	14	7	e		39	m		8
phus		47	pi		22	gz		20	vel		11	li		41	de		7
brar		50	thi		26	mar		24	vn		14	ga		44	tho		7
mag		53	thi		29	man		27	le		17	ce		46	mas		6
ap		56	mo		31	ri		32	se		20	cle		49	mo		6
cris		19	bar		37	ci		35	ve		24	cris		51	do		5
ia		1	tho		41	us		38	cri		27	Ka		53	nat		4
co	9	3	io		45	z	12	42	spi		30	the		55	steph		3
bi		5	ruff		48	sta		45	m		34	ri		59	io		2
gz		8	aug		52	ven		50	h		37	na		59	pu	16	59
sin		11	col		55	mich		53	mo		40	tat		2	tho		57
ab		17	an		59	ier		57	nis		43	andr	16	3	me		55
don	9	14	cri	11	3				quin	14	47				mi	15	52

Impressum Cracouie in edibus dñi Ioannis Haller.

¶ Cōiunctio solis ꝛ lune.



Monoides. dr a monas q̄ ē vnū ꝛ dies quasi vn⁹ dicij.

Monoides.

Dyathanos d: a dya q̄ est duo ꝛ thonos diui- sio quasi ꝑ medi um.

Dyathanos.

Amphitreos q̄ est dubium ꝛ tri tos circulus q̄si dubius circulus aduc nō ē plenꝰ

Amphitreos

¶ Panx illenos Luna opposit⁹ dr a pan q̄ est totū ꝛ plenū ꝛ xios circulus qꝛ tūc apparet plene illuminata.

Nota. Quādo Luna vicinior est sole tanto minus nobis apparet ꝑte illuminata vt patet in nouilunio: qꝛ q̄n sol illuminat: ꝛ semꝑ li cet nobis nō appareat ꝛ medietas nō illuminata ē inter nos ꝛ inter ꝑtē illuminatā: q̄n aūt incipit aliquā- tulū recedere a sole statim ap paret nō ali- quātulū de ꝑte illumi- nata: ꝛ talē ꝑtē semꝑ maiorē videmus vsq̄ ad oppositionē: ꝛ tūc appa- rebit nobis plena ꝛ tota illuminata: q̄uis nō sit: qꝛ tūc ꝑs il luminata directe opponit̄ nobis: ꝛ ab oppo sitione apparet nobis eius decrescentia vsq̄ iterū ad cōiunctionē.